

§. 37. Vidimus huc usque pugnantes Cornelii a Lapide, Corn. a & Bellarmini, diversas explicationes. Vedit ille gloriam ses- Lap. & sionis ipsi etiam *humanitati per se esse* tribuendam: hic vidit aqua- Bellarm. lem eam gloriam involvere, potentiam, & majestatem, cum Patre. conferuntur. Neuter divinam gloriam ipsi humanitati concedere vult. Itaque tur. ille, proximam post Deum gloriam, excellentiam, potentiam fingit, quæ tamen omni creata alia sit superior: hic vero, Christum sedere ut Deum, & ratione divinitatis, ad dextram Patris, dicere compellitur.

§. 38. Utra vero expositio proprius accedit ad mentem & Cate- declarationem Catechismi Romani, ex decreto Concilii Tridentini, chism. & Pii V. Pontificis jussu editi? Ita hic habet p. m. 74. quoniam in Roman. humanis rebus ei majorem honorem tribui existimamus, qui ad dextram collocatus est: eandem rem ad cœlestia etiam transferentes ad explican- dam Christi gloriam, quam UT HOMO PRÆ CETERIS omnibus ad- optus est, eum in Patris dextera esse confitemur. Sedere autem hoc loco non situm, & figuratum corporis significat, sed eam regia SUMMÆ QVE potestatis gloriae firmam & stabilem possessionem, quam a Patre accepit, declarat, de quo ait Apostolus: suscitans illum a mortuis, & consti- tuens ad dextram suam in coelestibus supra omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro, & omnia subjecit sub pedibus ejus. Ex quibus verbis appareat, hanc gloriam adeo propriam, & singularem Domini esse, ut cuivis alii creare naturæ convenire non possit. Quare alio loco testatur: ad quem autem angelorum dixit aliquando: Iude a dextris meis? In margine hoc ponitur: sede ad dextram Dei SOLI Christo est TRIBUTUM.

§. 39. Nullum habet, in hac expositione tota, vel præsidium, faveat ex- vestigum expositionis suæ, Bellarminus. Tota explicatio eam positioni tradit Cornelii expositionem, qua Sessionem, de gloria, proxima Corn. a post Deum, exponit, atque, optime ita explicari, afferit. Conf. Lap.

§. 39. Refert ad Christum, ut hominem, non ut ad Deum. Glossa marginalis ait, Christo esse tributam illam sessionem. Glo-